Iherosolimitani, ibidem una dierum, opinor sabato, cum interesssem vesperis, stans inter alios scholares et pueros usque ad finem vesperarum infra Magnificat, aut post vespervas immediate, cum cantabatur quedam antiphona, puto: Salve regina, sed que fuerit precise non recordor: accidit autem quod inspexi ymaginem, que ibidem erat super altari maiori beate Marie semper virginis; et statim sine aliqua mora subito et celerime facies ymaginis venerabilis uirginis et matris dei Marie valde indignanter et iracunde se a me auertit, et vertit ad me posteriora faciei, et partem dorsi. Quo facto <sup>1)</sup> territus valde et immutatus et factus quasi amens et attonitus valde — quod tamen multum non duravit — redii ad me aliquantulum, horrescens valde videre illa posteriora faciei colli et dorsi, que videbantur mihi sordida, muscida et quasi lacerata, quem modum verbis proprie exprimere non possum. Intuens illa tristis et amarus animo incepi petere b. uirginem, ut dignaretur mei misereri et wltum suum ad me conuertere. Me sic in tristitia orante et in angustia, respexi ymaginem filii, quem tenebat in sinu aut brachiis, volens videre, si eciam facies ymaginis Ihesu Christi se a me auertisset, quem <sup>2)</sup> a me auersum non vidi. Cecidit mihi ex hoc in cor aliquantis consolacio et processi in oracione, de qua supra, ad b. uirginem gloriosam, ut wltum suum ad me conuerteret. Cum sic orarem per morulam competentem, lento modo et aliquantulum moroso, quasi non bene contenta de me wltum suum ad me conuertit in eum statum, sicut videram ante auersionem et indignacionem. Quo facto gracias ipsi virgini gloriose cursorie egi, et <sup>3)</sup> cum aliis scolaribus completo cantu scolas intraui de isto miraculo nulli dicens, propter timorem verecundie, ne tantus peccator apparerem, quia me bonum simulabam extra, sed intra <sup>4)</sup> in cogitacionibus et operibus in occulto sceleratissimus ab illa hora usque nunc. Tandem ab illius miraculi visione elapsis aliquot mensibus recessi de Glacz in Brumow a Glacz per tria miliaria distans, ibi mansi plurimo tempore, non recepta licencia nec facta reuerencia dicte ymagini et s. Marie. Postea in Pragam

lemšti, přihodilo se jednoho dne, tuším v sobotu, když jsem byl na nešporách stoje mezi jinými žáky a hochy, na konci nešpor při „Magnificat“ aneb právě po nešporách, když se zpívala jistá antifona, tuším „Salve regina“, ale do jista se nepamatuju která, že pohledl jsem na obraz, který tam byl nad hlavním oltářem blahoslavené Marie, neposkvrněné panny; a ihned náhle a velmi rychle odvrátila se tvář na obraze cti-hodné panny a matky boží Marie velmi mrzutě a hněvivě ode mně a bohorodička obrátila se ke mně zády. I polekán velmi a změněn ostal jsem bez sebe jako hromem omráčený, než netrvalo to dlouho, přišel jsem poněkud k sobě, ale velice jsem se bál pozřít na onen rub postavy, který se mi zdál špinavý, mechem porostlý a roztrhaný jistým způsobem, který nejsem s to náležitými slovy vyjádřit. Dívaje se na to smutně a trpce jal jsem se v duchu prositi blahoslavenou pannu, aby ráčila smilovati se nade mnou a tvář svou ke mně obrátiti. Když jsem se tak ve smutku a úzkosti modlil, pohledl jsem na syna, jež držela na klíně aneb na rukou, chtěje viděti, odvrátila-li se také tvář obrazu Ježíše Krista ode mně; ale neviděl jsem ji odvrácenu. I padla mi do srdce jakás útěcha, pokračoval jsem v modlitbě svrchu zmíněné k blahoslavené panně, aby tvář svou ke mně obrátila. Když jsem se takto modlil náležitou chvíli, pomálu a poněkud mrzutě, jakoby nebyla spokojena se mnou, tvář svou ke mně obracela v onu polohu, kterou jsem byl viděl před odvrácením a rozhněváním. Potom poděkoval jsem zběžně blahoslavené panně Kristově; a když s jinými žáky po skončeném zpěvu do škol jsem vešel, nikomu jsem nehlesl o onom zázraku boje se o dobrou pověst, abych se nezdál tak velký hříšník, jelikož jsem se stavěl hodným vně, ale vnitř v myšlenkách a skrytých skutech byl jsem velký hříšník od oné doby až podnes. Když bylo konečně po vidění onoho zázraku několik měsíců uplynulo, odebral jsem se z Kladska do Broumova, vzdáleného od Kladska tři míle; tam zůstal jsem dlouhý čas; potom bez dovolení a neučiniv poklonu řečenému obrazu a v něm sv. Marii šel jsem do Prahy. Později

<sup>1)</sup> nemá 2. — <sup>2)</sup> quam e me auersam 2. — <sup>3)</sup> nemá 2. — <sup>4)</sup> intra 1.

iui, et postea transiui ad aliqua loca studiorum, et demum curiam Romanam; et sic ante meam promocionem et post ad ordines et beneficia ecclesiastica usque nunc non curauit ego lasciuus et leuis de tanto miraculo tremendo, id satis leuiter portans per multos annos. Hoc<sup>1)</sup> intra me sepius reuoluens cogitaui, quod tantum miraculum per me celari esset periculosum, quia fidelium est magna edificacio et magnitudinis peccatorum meorum clara deteccio et mei canis fetidi digna omnibus hominibus detestacio, vobis et aliis duxi suprascriptum terribile miraculum in hiis scriptis publicandum, vos per viscera misericordie dei et per aspersionem sanguinis Ihesu Christi domini nostri rogans et obsecrans intercedi pro me ad ipsam dei genitricem Mariam, per quam in fide catholica sum solidatus, ut auertat indignacionem suam et sui filii a me, ipso prestante benedicto in secula seculorum Amen.

Et quia testante scriptura opera dei reuelare et confiteri honorificum est, hortor et rogo supragesta et hic scripta, in ecclesia Pragensi et in omnibus aliis ecclesiis conuentualibus, tam religiosis quam secularibus, clero et populo fideliter<sup>2)</sup> publicari, ut cognoscant omnes luculenter sanctam Mariam singularem protectricem et miseratricem peccatorum in fide titubantium et in operibus charitatis errantium et se eius clemencie deuocius recommendare. Dámus insuper omnibus, qui presens scriptum<sup>3)</sup> legerint, audiuerint, uel aliis retulerint, quadraginta dies indulgentie. Scriptum per me Arnestum, sancte Pragensis ecclesie archiepiscopum, episcopum<sup>4)</sup> indignum, manibus meis sanguine peccatorum repletis.

odebral jsem se na některá místa na učení a ke dvoru římskému; a tak ani před svým povýšením ani po dosažení posvěcení a úřadů církevních až podnes nestaral jsem se já prostopášný a lehkomyšlný o tento tak velmi hrozný zázrak, maje se k němu dosti lehkovážně po mnohá leta. Uvažuje toto často v duchu svém myslil jsem, že by bylo nebezpečno, abych tak velký zázrak zatajil, jelikož věřicím poskytne velké poučení, velikost hříchů mých jasně odkryje a zasloužené všech lidí odřeknutí se mne co smrdutého psa v sobě zavírá; i uzavřel jsem svrchu vypsany hrozný zázrak vám všem tímto listem sdělit, pro milosrdenství boží a zkrze proliti krve pána Ježíše Krista prose a zapřísahaje vás, abyste byli prostředníky za mne u boží panny Marie, skrze kterou ve víře katolické byl jsem utvrzen, aby odvrátila ode mně hněv svůj a syna svého; což sám dáti račiž požehnaný na věky věkův amen.

A poněvadž, jak písmo svaté svědčí, čestno jest objevovati a vyznávatí skutky boží, napomínám a prosím vás, abyste událost svrchu vypsanou v chrámě Pražském a ve všech chrámech jak klášterních tak světských duchovenstvu i lidu věrně ohlásili, aby všichni jasně poznali, kterak jest svatá Maria obzvláštní ochranitelkyně a slitovnice hříšníků, kteří ve víře kolisají a ve skutcích lásky bloudí, a milosti její tím nábožněji se poroučeli. K tomu udělujeme všem, kteří budou zázrak tento čísti, slyšeti neb jiným vypravovati, 40 dní odpustků. Psáno ode mně Arnošta, svatého kostela Pražského arcibiskupa, biskupa nehodného vlastní rukou, krví hříchů poskvrněnou.

<sup>1)</sup> Hec 1. — <sup>2)</sup> nemá 2. — <sup>3)</sup> miraculum 3. — <sup>4)</sup> nemá 3.





ŽIVOT JANA Z JENŠTEINA,  
ARCIBISKUPA PRAŽSKÉHO.

---

# ŽIVOT JANA Z JENŠTEINA, ARCIBISKUPA PRAŽSKÉHO.

Přeložil Jos. Truhlář.

Incipit prologus in vitam domini Joannis, Pragensis archiepiscopi tertii, post patriarchae Alexandrini.

Iesus Christus heri et hodie ipse et in saecula suorum curam agens electorum, eos non desinit innouare verbis vitalibus et exemplis. Unde singulis quibusque aetatibus, temporibus et statibus suae cultores vineae instituens, etiam circa horam undecimam, jam vix sole sanctitatis utcunque apparente, abundante iniquitate et refrigerescente charitate, adhuc praebet igniculum de suo camino charitatis, quo et tepentia corda incalescant, et ad iter virtutum accedant, abjecto excusacionis velamine, quo jam corporum allegata fragilitate, deficiente temporum aetate, ardua sanctorum facta ad imitandum impossibilia reputantur; ut temporibus nostris poenitenciae exempla almae matris ecclesiae praesulibus, et etiam Christi fidelibus praemonstrare dignatus est in reuerendissimo in Christo patre et domino, domino Joanne <sup>1)</sup>, Pragensi archiepiscopo tertio, post patriarcha Alexandrino, quae ad aedificationem fidelium breuiter, quantum potui vel oculis videre vel ex relatu ipsius et aliorum secreto percipere, reuerendo in Christo patre domino Wolfram <sup>2)</sup>, successore suo archiepiscopo, et honorabili viro domino Mathia <sup>3)</sup>, praeposito Rudnicensi, iubentibus, aliisque petentibus, prout dignabitur diuina gratia elargiri, presenti

Počíná předmluva k životu pana Jana, třetího arcibiskupa Pražského, potom patriarchy Alexandrijského.

Ježíš Kristus maje péči o své vyvolené včera a dnes a na věky nepřestává obnovovati je slovy i příklady života věčného. Proto najímaje v každém věku, čase a stavu dělníky na vinici své ještě o jedenácté hodině, když již slunce svatosti jedva všady svítí, nepravosti přibývá a láska mizí, poskytuje ohníčka z krbu lásky své, kterým lidé ztuhlá srdce svá by zahřáli a na cestu cnosti se obrátili shodivše roucho všeliké výmluvy, jakoby za přirozené křehkosti těla a zvrhlosti věku vznešené skutky svatých nebylo možná následovati více. Tak za našich časů ráčil ukázati příklady kajicnosti biskupům vznešené matky církve a všem Kristu věrným velectihodným v Kristu otcem panem Janem, třetím arcibiskupem Pražským, potom patriarchou Alexandrijským; které příklady, pokud vlastníma očima mohl jsem shlednouti neb soukromým sdělením od něho a jiných zvědět, k vybidnutí ctihodného v Kristu otce pana Wolframa, nástupce jeho v arcibiskupství, a důstojného muže pana Matěje, probošta Roudnického, a k žádosti jiných, pokud milost boží dáti ráci, tímto sepsáním potomstvu krátce oznamuju; nechtěje také býti nehoden dobrodini jmenovaného otce, jenž z obzvláštní lásky ke mně, jakkoli

---

<sup>1)</sup> Jan z Jenšteina byl syn Pavla z Jenšteina, bratra arcibiskupa Jana Očka z Vlašimi. — <sup>2)</sup> Wolfram byl arcibiskupem Pražským od r. 1396 — 1402. — <sup>3)</sup> Matěj proboštoval v Roudnici od r. 1383 — 1400, kteréhožto léta dne 30. května zemřel.

scripto posteris innotesco; ne etiam ingratus memorati patris existam beneficiis, qui singulari erga me, licet immeritum, affectus amore, sui secreta cordis mihi indigno voluit aperire. Que dum vel auditu percepi vel oculorum experientia didici, mox ne fatigata et aliis occupata memoria deperderet, consuetudinis mihi fuit per scriptum memoriae commendare, cum annotatione loci et temporis secundum annos et dies computando, ut tempore suo adducerentur aliis ad exemplum. Quamuis enim frequentissime me sibi adesse procuraret, raro tamen eum adii tempore feruoris et ardentis penitentiae, quin in ejus sermone vel opere aliquid noui feruoris, aestus et aedificationis percipere potuissem. Requisiui nihilominus hos, qui sibi etiam familiaritatis assiduitate convixerant, ut de mihi cognitis certior redderem, et de aliis, quae mihi praecognita vel si cognita mihi, labili memoriae minime occurrerant, plenius informarer. Ommissis igitur annis iuuentutis, quos heu! quasi perditos lugebat, et generis parentela, quamuis nobilis exstitit genere, sed virtute nobilior; cum nobilis sit ille, quem nobilitat sua virtus, solum conuersionis suae initia, et causae, poenitentiae exempla et pia exercitia narratorie proponuntur, et ut haec concipi planius possint, per capitula distinguuntur.

## Capitulum

|                                                                          |       |
|--------------------------------------------------------------------------|-------|
| De causa, tempore et modo conuersionis eius                              | I.    |
| De emendatione eius post conuersionem                                    | II.   |
| De satisfactione                                                         | III.  |
| De ieiunio et satisfactione ipsius ieiunii                               | IV.   |
| De austeritate sua et afflictionibus quantum ad tactum                   | V.    |
| De vigiliis eius                                                         | VI.   |
| De eleemosynis et misericordiis suis                                     | VII.  |
| De indulgentiis per eum datis                                            | VIII. |
| De orationis studio secundum triplicem eius statum                       | IX.   |
| De secundo modo orationis                                                | X.    |
| De tertio modo orationis et contemplatione eius et raptu deuotionis eius | XI.   |
| De frequentatione sacramenti eucharistiae et ejus efficacia salutari     | XII.  |
| De humilitate sua                                                        | XIII. |
| De affectu eius erga religiosos et praecipue canonicos regulares         | XIV.  |

toho nezasluhujícímu, tajnou schránku srdce svého přede mnou nehodným otevřítí ráčil. Kdykoli jsem něčeho takového buď doslechl neb vlastníma očima doznal, aby z paměti mdlé a jinými věcmi zaměstnané se nevytratilo, ihned jsem si zapisovával připojiv místo a čas vedle let a dní, aby časem svým i jiným uvedeno bylo za příklad. Ačkoli mne pak velmi často k sobě volával, přec zřídka přicházel jsem k němu, kdy horlivé a vroucí kajicnosti se oddával, abych byl v řečích neb skutecích jeho nějaké nové horlivosti, vroucnosti a povzbuzení nepoznal. Nieméně vyptával jsem se těch, kteří s ním stále pospolu žili, abych nabyl větší jistoty toho, co jsem věděl, a o jiném, co jsem předvídal, aneb co mi sice bylo povědomo, ale již jsem zapomněl, lépe se poučil. Pominuv tedy leta mládí jeho, jichž jakoby ztracených želel, a přibuzenství, ač vznešený byl rodem, ale cností vznešenější, jelikož šlechticem jest, koho šlechti cnost vlastní, pouze obrácení jeho počátky a příčiny, kajicnosti jeho příklady a nábožná cvičení vypravovati míním; abych pak důkladněji o všem pojednal, rozdělím vypravování své na tyto kapitoly:

## Kapitola

|                                                                              |       |
|------------------------------------------------------------------------------|-------|
| O příčině, čase a způsobě obrácení jeho                                      | I.    |
| o polepšení jeho po obrácení                                                 | II.   |
| o zadostučinění                                                              | III.  |
| o postu a zadostučinění skrze půst                                           | IV.   |
| o přisnosti jeho a mrskání těla                                              | V.    |
| o bdění jeho                                                                 | VI.   |
| o almužnách a milosrdenství jeho                                             | VII.  |
| o odpustcích od něho udělených                                               | VIII. |
| o horlivých modlitbách jeho vedle trojího způsobu                            | IX.   |
| o druhém způsobu modlitby                                                    | X.    |
| o třetím způsobu modlitby, o rozjímání jeho, o vytržení jeho skrze nábožnost | XI.   |
| o častém přijímání svátosti oltářní a o spasitelném toho účinku              | XII.  |
| o jeho pokoře                                                                | XIII. |
| o lásce jeho k mnichům, zvláště kanovníkům řeholním                          | XIV.  |

|                                                                   | Capitulum |                                                                              | Kapitola |
|-------------------------------------------------------------------|-----------|------------------------------------------------------------------------------|----------|
| De patientia eius in aduersis                                     | XV.       | o trpělivosti jeho v protivenstvích                                          | XV.      |
| De motibus et zelo illius                                         | XVI.      | o přehlivosti a horlivosti jeho                                              | XVI.     |
| De tribus virtutibus theologicis et aliis                         | XVII.     | o třech cnostech jeho duchovních a jiných                                    | XVII.    |
| De fama eius, qualiter fuit famosus, et magnificentia operum eius | XVIII.    | o slavné pověsti a velkolepých dílech jeho                                   | XVIII.   |
| De resignatione archiepiscopatus, et consummatione et morte eius  | XIX.      | o vzdání se hodnosti arcibiskupské, o posledních dnech života a o smrti jeho | XIX.     |
| De miraculis per eum aut circa eum factis                         | XX.       | o zázracích skrze něho nebo u něho sběhlých                                  | XX.      |

**De causa, modo, tempore conuersionis eius.****Capitulum I.**

Deus igitur, qui non vult mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur et viuat, multimoda dat citae conuersionis monimenta, blandis prouocans et alliciens, quibus dum minus proficimus, miscet aduersa, quasi pie flagris castigans, ut dum in prosperitate deum non metuemus, saltem attriti doloribus redeamus. Anno itaque dominicae incarnationis MCCC octagesimo, dum generalis pestis nullam excludens conditionem nullique deferens dignitati, sexui vel aetati, in diuersis prouinciis saeuissime baccharetur, reuerendum in Christo patrem ad lectum doloris deposuit, ita, ut iam de ipsius infirmitatis euasione medici desperarent. Reuerendus itaque pater, dum tantae necessitatis constrictus articulo, hinc ingruentis mortis instantia, hinc extremi iudicis formidine, hinc conscientiae pungentis aculeis, hinc neglecti temporis et vane consumpti damnis irreparabilibus arctaretur, familiaeque clientela, quae sua sunt, perstrependo conquireret, sub tanti discriminis inuolucrum adest fidelis, sed ante parum curatus Iesus, amicus singularis, et oculis pietatis hunc prospectans, compunctionisque gratia in larga lachrimarum flumina hunc resoluit, statimque attollens oculos fidei ad singularia peccatorum refugia, Iesum scilicet et Mariam quasi a porta inferi se sublatum comperiens veniam praecedentium omnium factorum precabatur, emendam promittens, si se quouis modo contigisset ad poenitentiam reseruari. Sicque diuae Mariae meritis confisus et adiutus, stupentibus medicis conualescens, deo gratias referebat, suaeque sponsionis memor, et ne quid deterius sibi contingat, quaerit consilia, qualiter hoc, quod promiserat, adimpleret,

**O příčině, způsobu a času obrácení jeho.****Kapitola I.**

Bůh, který nechce smrti hříšníka, ale aby se obrátil a živ byl, rozmanitě uděluje k rychlému obrácení pobídky, laskavostmi sváděje a lákaje, které nemají-li účinku, sesílá protivenství káraje nás jaksi metlami, abychom nemajíce bázně boží v štěstí svém aspoň sevření bolestmi k němu se obraceli. Leta od vtělení syna božího 1380, když všeobecný mor nešetře žádného stavu, žádného důstojenství, pohlaví ani věku v rozličných zemích přeukrutně zuřil, také ctihodného v Kristu otce na lůžko bolesti uvrhl, tak že již zoufali lékařové nad vyvážnutím jeho z této choroby. Když tedy ctihodný otec v tak velké úzkosti postaven, tu blížíci se smrti, tu hrůzou posledního soudu, tu žíhadlem hlodavého svědomí, tu nenahraditelnou ztrátou zmařeného neb špatně vynaloženého času svírán byl, ana družina majetek jeho hřmotie shledávala, v této tak velké úzkosti stal se pomocníkem věrný, ale krátce před tím málo povšimnutý Ježíš, obzvláštní tento přítel, a pohledna naň okem lásky své a dada mu milost skroušenosti k hojnému prolévání slzí jej povzbudil. Ihned důvěrně zdvihl on oči své k obzvláštnímu útočišti hříšníků, k Ježíši a Marii, a jakoby od brány pekelné unešen za odpuštění všech předešlých skutků svých prositi se jal slibuje polepšení, bude-li mu jakýmkoli způsobem popráno času k pokání. Takto důvěřuje v zásluhy svaté Marie a jimi podporován k podivení lékařů se pozdravil a děkoval bohu, a pamětliv slibu svého, aby ho nic horšího nepotkalo, vyhledával rady, kterak by slib svůj vyplnil, a čeho nemohl jsa ještě sláb vykonati osobně, konal písemně. Ihned psal bratřím v Roudnici, aby pamatující naň

et quod nondum lassus poterat corpore peragere, egit scriptis. Scripsit namque mox fratribus in Rudnicz, ut sui memores suffragia sibi porrigerent orationum in tempore opportuno. Nam dum pestilentia bacchante, ut praemisi, fratrum dictorum cimeterium pro sepultura plebis non sufficere crederetur, scripserant pro augendo cimeterio, ut unam domum ciuitatis concedere dignaretur. Offert cuncta, pollicetur plura, dummodo orationum suffragiis potiretur.

#### De emendatione eius post conuersionem.

##### Capitulum II.

Verum quia minus est conuerti, si quis eadem resumens, quae planxerat, quasi canis per recidium ad vomitum reuertatur, hoc reuerendus pater conuersionis sanctae studium diligenter exquirebat, ut et sponsioni suae satisfaceret, et hactenus vitae spiritualis incognitae aliqua perciperet rudimenta, unde mox poenitentiae spatio accepto e lectulo doloris consurgens, impiger quaeiuit, unde et quomodo possit et praeteritorum indulgentiam percipere et futurorum regulam actionum finetenus ordinare, ut, quia, quod iam factum fuerat, aliter fieri non poterat, saltem emendationis pallio, et sequentium probitate operum tegeretur. Inde ad monasterium Rudnicense <sup>1)</sup> veniens in die sanctissimae virginis Catharinae, ad quam singulari aestuabat affectu, primum coepit habitacula perquirere seruorum dei, abiiciens clientelam ludicram saecularium. In conuentu itaque dictorum fratrum comedit, lectionem audiuit, legebaturque homilia beati Gregorii de decem virginibus, exemplumque Crisarii, quod refert Gregorius, quod Crisarius fuit plenus et rebus et vitiis, et ad extrema veniens tetros spiritus vidit assistere, ut ad inferni claustra se raperent; ille aspectum eorum ferre non valens huc illucque vertebatur in lectulo, et constrictus nimis desperansque se posse euadere clamabat inducias vel usque mane, et sic de carne euulsus est; inducias, quas petebat, non accepit. Exemplum hoc Crisarii reuerendus pater accepit pro omine, et acsi pro se lectum fuisset, demissis manibus et ab esu

poskytli mu vhodného přispění modlitbami svými. Neboť když v zuřivosti moru, jak svrchu pověděno, hřbitov jmenovaných bratří k pohřbení obecného lidu zdál se nedostatečným, psali jemu, aby na rozšíření hřbitova jeden dům městský postoupiti ráčil. Svolil tomu všemu, a ještě více slíbil, jen aby získal přispění modliteb.

#### O polepšení jeho po obrácení. Kapitola II.

Ale poněvadž málo platno jest obrácení takové, dopouští-li se kdo opět toho, čeho byl litoval, a jako pes k tomu, co byl vyvrhl, opět se vrací, vyhledával ctihodný otec s pilnou snahou svaté obcování, aby jednak slibu svému dostál, jinak poněkud se přiučil počátkům duchovního života posud mu neznámého. Obdržev potom lhůtu pokání z lůžka bolesti povstal a neunavně přemýšleti se jal, odkud a kterak dojiti odpuštění skutků minulých, budoucí pak jednání své výhodně uspořádati by mohl, aby jelikož není lze zjinačiti, co se stalo, aspoň pláštěm polepšení a šlechetnosti skutků budoucích se přikryl. I přišed do kláštera Roudnického v den svaté panny Kateřiny, k níž obzvláštní láskou se klonil, poprvé prohlížeti se jal příbytky sluh božích bez rozpustilé družiny světské. Ve sboru jmenovaných bratří pojedl a poslechl přečítání. Čtena byla řeč blahoslaveného Řehoře o 10 pannách a příklad Krisaria, o němž vypravuje Řehoř. Týž Krisarius oplýval statky a neřestmi a v poslední hodince užíval pekelné duchy státi vedle sebe, aby uchvátili jej do pekla. Nemoha snesti pohledu jejich házel sebou sem tam na loži, a v úzkosti velké zoufaje nad vyvážnutím volal za pokoj aspoň do rána a takto skončil nedořek pokaje, za nějž žádal. Tento příklad Krisaria přijal ctihodný otec za znamení, jakoby čten byl pro něho zvlášť, a svěsiv ruce a nechav jídla přemýšlel o ztrátě smrtelného života tohoto touže postarati se o sebe v čas a věda, že moudrý neodkládá na zítřek nevěda, co při-

<sup>1)</sup> Klášter Roudnický byl založen r. 1333 Janem III, biskupem Pražským; náležela Roudnice ode dávna k zboží biskupství Pražského.

corporali suspensus, huius mortalitatis dispendia cogitabat, et sibi prouidere satagens in tempore, sciens non esse sapientis procrastinare coruina ingluvie, nesciens quid crastina parere possit dilatio. Mox facto prandio dominus a seruis, antistes a subditis non erubuit mendicare; nam se sibi sufficere non aestimans pro communione orationum et fraternitate humiliter supplicauit. In his exauditus, institit diu pro fratre sibi assignando pro confessore, et in spirituali exercitio direttore. Assignatus vero frater cum magna difficultate vix unius diei spatio permanere potuit cum eodem, sed magno imbre lacrymarum reditum ad optatum sibi nidum vix obtinuit. Inualuit tamen memorati pontificis instantia, quod ipse et eiusdem fratres monasterii alii sibi succedentes ex obedientia secum pro tempore permanerent. Quibus ipse praesul quantum impendit honoris, obedine curae affectus, difficile est enarrare. A quibus vitae spiritualis capiens rudimenta procurabat eos suo lateri suisque obtutibus non deesse, ut saltem ex intuitu quasi specularis, sui propositi reminiscens, ex circumstantium strepitibus et emergentium tumultibus causarum ad intentiones spirituales moneretur. Dum vero sibi vacare tempus poterat, aut lectioni sacrae insistebat, aut spiritualium virorum colloquia exquirebat, ex quorum colloctione ad contemptum mundi, et antiquarum suarum consuetudinum vehementer mouebatur, in tantum, ut etiam poetarum nugas et maxime Maximum Valerium, ad quos ob sterilis latinitatis colorem afficiebatur, dimitteret, et in lege domini inciperet iugiter meditari. Lectioni quoque et in cursu insistebat. Nam quocunque necesse ei erat pergere, replebant currum libris pro aliis vasis, quibus antea utebatur. Prius namque saecularibus negotiis deditus in militaribus et curiensibus exercitiis nolebat esse ultimus, imo alios vincere conabatur. Etiam pontifex factus Misnensis<sup>1)</sup> ecclesie, plus montes et nemora quam sacra ecclesiae limina excolebat. Non modice conuersioni eius et feruori famulabatur terribile factum anno domini 1382. Nam archiepiscopus Magdeburgensis et frater marchionis Misnensis dum in carnisprivio cum mu-

nese toto odkládání. Po jídle nestyděl se žebrati pán u sluh, představený u podřízených; neboť domnívaje se, že sám sobě nepostačí, pokorně žádal za společné za sebe modlitby bratří. Vyslyšen byv v těchto věcech dlouho prosil, aby mu ustanoven byl jeden bratr za zpovědníka a ředitele duchovního jeho života. Ale ustanovený bratr stěžil jeden den u něho vytrval, nýbrž s velkým pláčem prosil za dovolení, aby navrátil se mohl k zamilovanému hnízdu, i obdržel je. Přec zmohlo naléhání jmenovaného arcibiskupa, že týž a druzí bratři téhož kláštera po něm z poslušnosti nějaký čas s nim ostávali. Jakou poctivost jim prokazoval sám arcibiskup hledě jich poslouchati, těžko vypověděti. Uče se od nich základům duchovního života hleděl je stále míti po své straně a před očima svýma, aby aspoň pohledem jakoby do zrcadla pamětliv předsevzetí svého při hřmotu svého okolí a pletkách vyskytujících se rozepří na úmysly duchovní upominán byl. Když měl kdy, buď svatému čtení se oddával, neb vyhledával rozmluvy s duchovními, kterými rozmluvami k pohrdání světem a starými zvyky svými velmi byl pobádán, tak že docela zanechal trectek básníků, zvláště Valeria Maxima, v nichž pro neplodnou krásu latiny si byl liboval, i počal o zákonu páně pilně přemýšleti. Čtení pak také na cestách byl bedliv; neboť kdykoli někam mu bylo cestovati, naplňoval vůz knihami na místo jiných nádob, jež prvé brával s sebou. Prvé totiž oddán zaměstnání světskému v záležitostech vojenských a dvorních nechtival býti poslední, naopak snažil se předčiti jiné. Stav se biskupem církve Mišenské více hleděl vrchů a hájů než chrámů. Nemálo přispěla k obrácení a horlivosti jeho strašná událost roku 1382. Neboť když arcibiskup Magdeburský, bratr markrabě Mišenského, o masopustě se vznešenými ženštinami tance prováděl v těsném a krátkém oděvu rytířském, náhle působením ďáblovým povstal pokřik, jakoby dům hořel, a když všickni k divokému útěku se měli, zpomenuť arcibiskup veda tanec a jiný ještě, jenž v zadu tanec řídil, oba nešťastným pádem zlomili vaz a zemřeli. Druzí pak na rozličných

<sup>1)</sup> L. 1375; arcibiskupem Pražským stal se l. 1379.

lieribus nobilibus choreas ageret in habitu militari stricto et curto, subito diabolo concitante clamor attollitur, quasi domus arderet, et cunctis fugere quaerentibus ipse memoratus archiepiscopus choraula choream ducens et alius finem choreae regens fractis ceruicibus ex casu miserabili sunt defuncti. Alii vero in diuersis membris sunt diuersimode mutilati. Quibus auditis pater reuerendus, de quo sermo agitur, genua flexit, gratias egit, quod similibus sibi similia minime occurrerunt. Exinde coepit se paulatim a tumultu saecularium abstrahere et cum confessore et capellano religiose negotia conscientiae pertractare.

### De satisfactione. Capitulum III.

Inde alacriter gradum iam amoris conscendens per vicos et plateas quaerens, quem diligebat, etiam quosque plebeios inquirere non dedignatur, et non solum magistrorum, religiosorum, magnorumque quaerit consilia; verum etiam eremitarum, suppliciumque fratrum Minorum, feminaei etiam et deuoti sexus non abhorret colloquia, undique perquirens quomodo et de praeteritis satisfaceret et ad futura cautior et ad diuina aptior redderetur, adhibitoque calcari disciplinae carnem suam coegit spiritui deservire, currensque in siti poenitentiae salutaris et vehementis desiderii, post se reliquit, qui praeire videbantur, discipulos faciens, quos magistros habere se primitus fatebatur. Nihil enim indignum reputabat, dummodo ad id, ad quod vehementer inhiabat, quouis modo attingere valisset. Verum quia satisfacere est peccatorum causas excidere et suggestionibus eorum aditum non praeberere, unde in poenitentia se mactans satisfactioni studiose institit; partesque complens omnes planae satisfactionis, corpus ieunio, spiritum orationis studio, proximum eleemosynarum beneficio excolere satagebat. Sed quia veluti potio amara facilius confert sanitati indigestos humores remouendo, et sicut durior rastrae dentata acies noxiarum vepres herbarum plenius eradicat; sic poenitentiae ardentioris assumpta austeritas peccatorum praeteritorum detergens reatus, remanentiumque reliquiarum peccati superflua exstirpans, sanitatis post futurae affert antidotum salutare. Non frustra hic audiuit: poenitentiam agite; sed opere exercuit, ut patebit.

údech všelijak jsou zmrzačeni. Toho zvěděv cti-hodný otec, o němž jednáme, poklekl a děkoval bohu, že při podobných příležitostech nic podobného nepotkalo jeho. Od té doby počal poznenáhla hluku světského se vzdalovati a se zpovědníkem a kaplanem svým záležitosti svědomí svého pilně pojednávat.

### O zadostučinění. Kapitola III.

Od té doby postoupiv na stupeň lásky po vsích a po ulicích vyhledával, koho miloval, i neměl za nedůstojno vyhledávati také některé muže z obecného lidu; nejen mistry, řeholníky a vznešené osoby bral na radu, nýbrž nevzpěchoval se rozmlouvati ani s poustevníky a pokornými minority, ba ani s nábožnými ženami, vyzvídaje odevšad, kterak za skutky minulé učinil by zadost a v budoucím počínání stal by se opatrnějším a k dílu božimu schopnějším; i užívaje pobídky kázně přinutil tělo své k poslušenství ducha a pospíchaje pobádán žizní spasitelného pokání a prudké touhy předhoni ty, kteří se zdáli býti před ním, čině svými žáky ty, jež prvé za své učitele uznával. Nic neměl za sebe nedůstojno, mohl-li jakýmkoli způsobem dosáhnouti toho, po čem velmi dychtil. Než poněvadž zadostučinění jest vymícení příčin hříchů a uzavření se před nástrahami jejich, obětuje se pokáním bedliv byl zadostučinění, i vykonáváje veškeré stránky úplného zadostučinění tělo své postem krotiti, ducha pilnými modlitbami povznášeti, bližnímu pak hojně almužny udělovati hleděl. Ale jako hořký nápoj více prospívá zdraví odklizením nezáživné šťávy, a jako tvrdší ostří zubatého pluhu trní škodlivých bylin úplněji vypleňuje: tak pojatá přísnost vroucnějšího pokání smývající viny hříchů minulých a vypleňující zbytky jejich poskytuje spasitelný lék budoucího zdraví. Neuslyšel on nadarmo: „čiňte pokání“, nýbrž skutečně je činil, jakož se objeví.

**De ieiunio et satisfactione eius ieiunii. Capitulum IV.**

Et cum prima pars satisfactionis ieiunium sit, quo non solum sterilis inedia, sed omnis abdicatio carnalis et temporalis voluptatis et rigor carnem atterens accipitur, secundum omnium sensuum oblectamenta, dicendum est, quomodo huic operi institit studiose. Et primo, quantum ad gustum, sic inediā attriuit suae sensualitatis vetustatem et inolitae consuetudinis, ut qui lautioribus delicatisque cibis uti consueverat, iam sciens, quia ad actionem spiritualis certaminis non assurgitur, si non hostis domesticus prius, gulae videlicet noxius appetitus, intrinsecus edometur, cito post conversionis suae exordia ad carnalis ieiunii exercitia se transtulit vitia compressurus, ut mentem ad diuina liberius erigeret, post virtutum merita et praemia habiturus. Nam quantumcunque reprehenderetur et impediretur illis non obstantibus ter, post quater in hebdomada corpus macerabat, videlicet secunda, quarta, sexta et sabbato; secunda feria lactinia sumens, ceteris diebus cibis quadragesimalibus utebatur. Insuper suae deuotionis iudicia erga ieiunia ecclesiae ostendebat Aduentus. A vigilia namque Omnium Sanctorum ieiunia inchoabat. Interdum vero a festo Lucae ieiunando cum Luca crucis mortificationem in suo corpore portauit. A septuagesima vero cum lugubri cantu ecclesiae etiam solenne ieiunium quadragesimale praecedebat. A diebus vero rogationum ad festum pentecostes locum praeparaturus spiritui sancto se per inediam affligebat. A festo quoque Nuiis ieiunio (usque ad) gloriosissimae virginis Mariae assumptionem, interdum vero tribus hebdomadis praecedebat, post eam erigendo liberius spiritum transiturum. Ceterisque diebus, quibus non ieiunabat, duobus cibis satis parce, uno carniū, altero leguminum non de pretiosioribus rarisque rebus care emtis sed communibus utebatur. Unde nec fasianos, nec perdices, nec cetera huiusmodi; nec ieiunus lucios, pretiosiores pisciumque species sumebat; sed utebatur quam maxime halecibus eliquatis tantum, quod saporem perdere videbantur: ne vel sic sub praetextu necessitatis insidiosa vulpecula, voluptas scilicet carnis, se ingerens noxie blandiretur. Stupendumque noui martyrii genus, inter

**O postu a zadostučiněni skrze půst. Kapitola IV.**

Ana první část zadostučinění jest půst, jímž nerozumí se pouze neplodné nepožívání pokrmu, nýbrž zřeknutí se veškerých rozkoší tělesných a světských a všech smyslných choutek, jest nám vypravovati, kterak jemu pilně se oddával. A předně co do chuti nepožíváním pokrmu zastaralou smyslnost svou a zakořenělé zvyky tak potíral, že byv zvyklý požívati vybraná a chutná jídla a věda, že nepovstane k zápasu duchovnímu, kdo prvé nepřitele domácího, totiž škodlivých choutek hrdla, v sobě nepokoří, ihned od počátku obrácení svého k zachovávaní tělesného postu se obrátil chtěje potlačiti neřesti, aby ducha svého k věcem božím volněji mohl pozdvihnouti, a chtěje dojiti zásluhy a odplaty cnosti. Neboť jakkoli mu bráněno, nedal si překážeti, aby třikrát, potom čtyřikrát za týden se nepostil, totiž v pondělí, ve středu, v pátek a v sobotu; v pondělí požíval mléčných jídel, v ostatní dny postních pokrmů. Obzvláštní svědectví o nábožnosti jeho co do postů církevních podával advent; neboť od svatvečera Všech Svátých počínal se postit, někdy pak ode svátku sv. Lukáše, s Lukášem umrtvení kříže na těle svém nosil. Od neděle devítniku s truchlivým zpěvem církevním slavnostní půst čtyřicetidenní předcházal. Ode dni prosebných až do svatodušních, aby připravil stánek duchu svatému, zachovával půst. Ode dne Marie Sněžné až do Nanebevzetí, někdy o tři neděle napřed se postil, aby tím volněji pozdvihnouti mohl ducha svého. V ostatní dny, kdy se nepostil, požíval velmi střídme dvě jídla, jedno masité, druhé ze zeleniny, jídla to obyčejná, nikoli ze vzácných a drahých věcí připravovaná. Proto nejídal ani bažantů ani koroptví ani nic podobného; v postní dny pak ani štik ani žádných vzácnějších druhů ryb, nýbrž největším dílem sledě vedou namočenou tak, že až chuť ztratila; aby ani takto pod zástěrou potřeby se ploužic liška plna nástrah, myslím rozkoš tělesná, na škodu jeho neobloudila. Podivu hodný způsob nového mučeníctví: mezi takovou hojností rozmanitých vzácných jídel, jež družině své připravovati dával, zachováváje přísný půst a pobízeje všechny s veselou tváří někdy jedva se jich dotýkal aneb



tot diuersarum epularum larga solennia, quibus familiam procurari iniungebat, se dura inedia afficiens cunctosque laeta facie exhortans, interdum solum contingens cibos vel etiam scindens pio quodam dolo se ostentabat cum aliis manducare. Cumque oculis oblata varietas ferculorum blandiretur, suauitas gustui, olfactui vapor inde consurgens, auditui prouocantium et exhortantium pluralitas, hic cuncta abiiciens quamque partitae sensualitatis illecebram castigauit, nisi interdum multitudini arguentium, et discretionis virtutem persuadentibus, etiam propriae intentioni interdum cogeretur cedere, suumque asinum lautiori pabulo procurare. Certas quoque vigilias sanctorum, praecipue diuae Mariae, ad quam singulari deuotione ferebatur, in pane et aqua vel cereuisia ieiunabat. Sed quia ex hoc colicae incommoda incurrebat, a confessoribus suis sibi iniungebatur, ut ab huiusmodi abstinentiis se temperaret. Quod si hoc facere oportebat, recompensare largis eleemosynis satagebat. Quo vero edulio magis saginaretur, facto prandio terminatoque esu ructuario propalabat. Nam mox eructabat verbum bonum, quod de lectione, quae sibi legebatur, etiam non obstante inquietae multitudinis tumultu, praelatis vel magistris vel aliis sibi assidentibus proponebat. Inde quoque suam edicens sententiam profundos conceptus angusto ore proferre non valebat; sed ex aliquibus quasi signis vix aliqui perspicacioris ingenii, vel magistri, quid intenderet, capiebant. Demum expeditis causis emergentibus, vel commissis aliis officialibus ad sibi optatae quietis cellulam arctam et breuem alacer conuolans, ibi, dum non euocaretur ad ingruentes causas, trium horarum spatio vigilanter persistebat legens, scribens, orans, gemens, ceteraque cellae officia exercebat.

**De austeritate sua et afflictionibus, quantum ad tactum. Cap. V.**

Quantum vero ad tactum paulatim assue-tae mollitiei fluxa relinquens ad durioris vitae propositum aspirabat. Nam delicatis camisiis et aliis lineis successiue relictis, quibus ab ineunte aetate usus fuerat, lecti quoque episcopalis abiecta ambitione, primum in omnibus fratribus

je lámaje a rozřezávaje nábožným jakýms podvodem stavěl se, jakoby jedl s druhými. Když pak rozmanitost předložených pokrmů lichotila zraku, libeznost chuti, vystupující vůně čichu, množství lákajících a pobízejících sluchu, ničeho se nedotékal a vše za vnadidlo smyslnosti považoval; jen někdy k domluvám mnohých, kteří enost slušnosti mu doporučovali, přinucen byl proti vlastnímu úmyslu jednati a osla svého lepší pici opatřovati. V předcházející dny svátků jistých svatých, zvláště svatě Marie, kterou přede všemi ctil, postil se nepožívaje chleba, vody neb piva. Než poněvadž z toho dostával obtíže, poručeno mu od zpovědníků, aby v takovémto zdržování se mírnil. Čeho takto musel se vzdáti, nahraditi hleděl hojnými almužnami. Aby jídlo lépe šlo k duhu, činíval po obědě nesouvislé výpovědi. Pochytilť brzy dobré slovo z toho, co mu bylo přečítáno, a nedávaje si překážeti hřmotem nepokojného množství předkládal je prelátům a mistrům nebo jiným, kteří u něho seděli. Když potom také svůj úsudek měl podat, neuměl vyjadřovati se v promyšlené souvislosti, nýbrž podle některých znamení jen málokterí důmyslnější nebo mistři chápali jeho úmysl. Vyřídív potom běžné záležitosti nebo svěřiv je druhým úředníkům uchyloval se rád do malé, úzké světničky k žádoucimu odpočinku; zde nevyrušován naléhavými záležitostmi tři hodiny trávil čtením, psaním, modlením, vzdycháním a jiným toho způsobu zaměstnáním.

**O přísnosti jeho a mrskání těla. Kapitola V.**

Co do pohodlí tělesného zanechávaje znenáhla obvyklé choulostivosti k přísnějšímu životu se připravoval. Neboť odloživ jemné košile, jakož i lněné jednu po druhé, jež od prvního mládí byl nosil, a zřeknuv se nádhery lůžka biskupského žádal ve všem býti roven bratřím ka-

se ordinis canonicorum regularium conformare cupiens, filtro et aliis exercitiis monasticis utebatur. Deinde etiam filtro abjecto, aspero tectus cilicio, scamno terga premens solum bibliam vel alium librum vel lapidem suo capiti more s. Jacob supposebat; asserens, quod si solum capucium lapidi supponerem, non possem prae molitiae obdormire. Sicque praeteritarum noctium negligentias et lascivias, quas male libera resoluta iuventus vane pernicioseque consumpserat, virilis robur rigoris compensare duritia videbatur. Porro quid intra tetrae noctis spatia ageret, soli deo et sibi peruium est. Signis tamen praecedentibus et sequentibus utcunque prodebatur. Solebat nempe angustum locum ad manendum sibi singulariter praeparare. Nam in castello Helfenburgensi <sup>1)</sup>, ubi saepissime et gratissime morabatur, oratorium adeo arcissimum procuravit, quod vix unus ad medium curvus ostium ingredi valisset. Haec sala principis, haec aula pontificis, ubi solum locus pro specie quietis, et angulus pro verberibus, et baculus seu sedes pro sustentatione corporis ad verbera habebatur. Verum in Rudnicz castro aliquid sollemnitatis videtur praesul addidisse, solum una fenestra sibi asseribus pro totius suae habitationis comodo clausa, ibique summe memoranda, inferni claustra videlicet paradisi palatia, Cartusiensium exercitia, amorisque incentiva dominicae passionis insignia sibi depingi procuravit. Lapidem vero grandem et asperum intus habuit pro nocturno, ut creditur, et sedili. Quantis vero se quotidie affecerit verberibus, certitudo non est; solum aliquantulum prodebat, quod ex ore suo dicere solebat, non valere adeo quaevis verbera ut virgarum, nam experientia exercitatos habens sensus nouerat de huiusmodi singulis certius iudicare. Flagella quoque cruenta et sonus verberum auditus a secretariis non tacebant. Dum vero capellani forte non bene misericors clementia sibi aliquod huiusmodi instrumentum furtim abstraxisset, quaerebat diligenter quasi rem multum arduam, suaeque intentioni periisse aliquid necessarium causabatur. Parum refero,

nonické řehole, i počal nositi hrubý oděv vlněný a jinými zvyky mnichův se řídit. Potom také toho zanechal, hrubou žíněnou košili oblékal, na lavici léhal, jen bibli neb jinou knihu nebo dokonce kámen po způsobu sv. Jakuba pod hlavu si dával říkávaje: „kdybych položil na kámen jen kapuci, nemohl bych usnouti pro měkkost lůžka.“ Tak zdálo se, že za minulých nocí neřesti a prostopášnosti, jichž bujně a rozpustilě mládí sobě naškodu se bylo dopustilo, síla věku mužského trpce se kála. Co činil za doby tmavé noci, jediný bůh ví a on sám; však přec z toho, co předcházelo a následovalo, vše vycházelo na jevo. Přípravovával sobě obzvláště rád úzké místo k přebývání. Na hrádku Helfenburce, kde přechasto a nejrač se zdržoval, tak malou modlitebniční zříditi si dal, že jeden člověk polo-sehnut stěží otvorem mohl vkročiti. To byla siň knížecí, to dvůr biskupský, kde se nenalezalo leda místo zdánlivého pokoje, kout na bičování a hůl nebo lavice k udržení těla při ranách. Ale na hradě Roudnici zdálo se, jakoby arcibiskup přidal něco svátečního, totiž jedno okno, jež po celý čas přebývání jeho tyčemi bylo zavřeno, tu pak vymalovati si dal pamětihodnosti, totiž pekelný žalář a nádherný příbytek ráje, živobyti mnichů kartúzských a za pobídky k lásce znaky utrpení páně. Uvnitř pak měl velký a ostrý kámen za lůžko noční, jak věřím, a za sedadlo. Jak velké rány si každého dne dával, není jisto; než poněkud vyšlo na jevo z toho, co říkával, že žádné rány tolik nebolí jako rány metel; neboť zkušenost jeho majíc vycvičené city dovedla o takovýchto jednotlivostech podati bezpečný úsudek. Také zkrvácené metly a třeskot ran slyšený od tajemníků mluvil hlasitě. Odnese-li mu kdy kaplan z nemístného slitování tajně nějaký takový nástroj, hledal jej bedlivě jako věc veledůležitou a stěžoval si, že něco potřebného se mu ztratilo. Povím něco málo, z čeho souditi se dá o větším jeho cviku. Dostal-li, jakož se stává, mimovolně noční tok, probudiv se vedle vroucího předse-vzetí čistoty jal se tělo mrskati, sedm kajících

<sup>1)</sup> Hrad tento také vůbec Hrádek (Affenburg) zvaný ležel u Oustěku u Ostrého (Neuland) v Litoměřicku a ne jak Dobrovský ve vydání svém poznamenává, v Prachensku na Netolickém někdy panství, kdež arcibiskup také byl hrad Helfenburk, který však nikdy nebyl zbožím biskupů neb arcibiskupů Pražských.

ex quo coniectura amplioris exercitii habeatur. Dum enim sibi, ut assolet, nocturnalis fluxus praeter voluntatem accidisset, euigilans ex ardenti proposito castitatis assurgit ad verbera, septem psalmos poenitentiales dicebat, continuato virgarum verberare se castigans, et unam sexagenam grossorum in eleemosynas pauperibus tribuebat. Hoc etiam anno iubilaei, anno videlicet MCCC nonagesimo cilicinis femoralibus cinctus equester sanctorum apostolorum limina visitavit. Ex quo dicebatur nodis cilicinis carnem suam grauitur attriuisse. Porro cilicinorum suorum expertus sum asperitatem: in capite ieiunii de licentia sua femorale suum cilicinum assumpsi, et vix per prandium potui tolerare; tantaque molestia urgebar, ut ne libuisset manducare. Retuli ad patrem, qui risit, abiicere praecepit, eo quod non omnia omnibus congruunt. Solus ex usu sibi iam leuissimum fatebatur. Ut etiam terram sui corporis perpurgaret, spinis sulcare dorsum non horruit, ut uberibus apta seminibus a pungentium aculeorum sentibus purgaretur. Quadam tamen cauta industria huiusmodi spinas sibi procurabat. Nam cum iter ageret, et corna haerentia spinis inspiceret, huiusmodi frutices spinosos, quasi ob gratiam fructuum sibi praecidi et tribui impetrabat, fructusque alicui ex familiaribus largiendo, spinas sibi pro nocturnali exercitio furabatur. Haec vero ita occulte in suis clausuris exercitia peragebat, ut ad nullius, nisi eo reuelante, potuisset notitiam peruenire. Nam huiusmodi spinarum, quibus saepe terebatur, afflictiones ipso reuelante cognoui, et dum sibi persuaderem, ut quasi necessario iumento suae carni parceret, si non vehementer rebellaret, respondit, quod si inter pulcherrimas mulieres volutaretur, confidens in domino, magis se rubore putaret perfundi, quam ex hoc aliqua illecebra commoueri. Verum huius rigoris exercitia, quia nocitura timebantur, cum aliter ab his cessare noluisset, a confessore suo sub comminatione suspensionis a communione sibi sunt interdicta. Et sic cessauit factus obediens ad lectulum breuem et arctum consensit iuxta consuetudinem monasticam superius memoratam.

žalmů při tom odříkávati, i dal jednu kopu grošů almužny chudým. Leta jubilejního 1390 žíněným opaskem opásán na koni jel navštívití prah svatých apoštolů; i rozedral prý tělo své žíněnými uzly velice. Drsnost žíněného oděvu jeho zkusil jsem sám; jednou v postě oblekl jsem s povolením jeho opasek žíněný, i vydržel jsem v něm jedva přes oběd; tak nevolno mi bylo, že mně ani nechutnalo jísti. Pověděl jsem to arcibiskupu; on se usmál i poručil, abych jej svlekl, že prý nehodí se všechno všem; jemu samu že návykem jest malinko nepohodlný. Aby také půdu těla svého vyčistil, nebál se trním brázditi záda svá, aby schopna k přijetí hojného semena bodavými ostny byla učiněna. Takovéto trní opatřoval si s jakous opatrnou pílí. Nebo kdykoli konaje cestu užíval dřínky viset na trní, dával si takové trnité větvičky uřezat a darovat, ovoce pak dal někomu ze své družiny, trní si uschoval k cvičení nočnímu. Těmto cvičením oddával se v uzavřeném pokojíku svém tak tajně, že nikdo se o nich nedověděl, leda by byl mu je vyjevil on sám. Nebo o mrskání těla takovýmto trním, jemuž často se podroboval, já sám dověděl jsem se od něho; a když jsem mu domlouval, aby těla svého co nezbytného břemene šetřil, ač není-li příliš bujno, odpověděl mně, že kdyby mezi nejkrásnějšími ženami se válel, spíše by studem zašel, než by mu z toho vzešlo nějaké pokušení. Než když se počali báti, že přísná tato cvičení zdraví jeho uškodí, a jinak nebylo lze odvrátiti jej od nich, zakázána jsou mu od zpovědníka jeho s výhrůžkou, že nebude připuštěn k přijímání. I nechal jich a poslechl až na krátké a těsné lůžko, na němž, jak svrchu podotčeno, po zvyku mnišském spával.

**De vigiliis ejus. Cap. VI.**

Fatigatis itaque membris anhelantibus ad quietem vix utcunque expausat, si tamen quies dici debeat, cum nec ea mollitie, nec saltem caloris necessarii alimonia refoueret. Circa festum Antonii, dum ob quaedam, quae sibi conscribi iusserat, quasi pro nouitio erudiendo, cum iam perfecti exercitii attigisset culmina, in commodo, quod placuit sibi vocare Cartusiam, quod sibi in sua turri Pragae construxerat, secretum mihi inauditi exercitii aperuit, cur fuerit reumaticus ostendendo. Interdum se enim tantis frigoribus afficiebat, quod toto corpore in lateribus paupimenti eliso, tempore hiemali, capite cum pedibus in circulum conuoluto vix flatu proprio ex ore emisso pectusculum utcunque calore fouebat, aliis omnibus membris frigori expositis, vix trium horarum spatium per longissimas noctes sibi tribuens ad quietem. Vigiliarum excubias celebraturus scribebat, dictabat hymnos, prosas, libros, exinde deuotionis materias hauriendo. Dumque reprehenderetur de scriptis suis, quasi officii sui plura negligeret, respondebat, se deuotionem habere non posse, nisi conceptus suos scripto exararet. Fertur etiam noctis tempore de castro Rudnicz in montem Ripensem frequentasse, prout a quodam clerico dicitur deprehensus, somnumque superaturus etiam in campos solitarius excurrebat. Somnus huic brevis et violentus, subreptitius tamen et discontinuatus. Unius enim noctis spatio surgebat ter quaterque ad orationis et aliorum spiritualium actuum exercitium usitatum. Interdum etiam noctis breue fuit spatium, dum collocutio spiritualis in medium veniebat.

**De eleemosynis et misericordiis suis. Cap. VII.**

Jam nunc, quomodo se in usus pauperum effudit per eleemosynarum semina, videamus. Nouerat venerabilis pater, quoniam qui parce seminat, parce et metet. Nec latuit eum, quam foecundus est ager pauperum, cito reddens donantibus fructum. Via enim coeli pauper. Unde sicut sibi durus et rigidus, ultra morem fit largissimus. Ultra facultatem etiam ante conuersionis suae initia in pauperum solatia se liberaliter effundebat. Nam quamuis debitorum

**O bdění jeho. Kapitola VI.**

Když umdlené údy po pokoji zatoužily, přál jim malinko odpočinku, ač možná-li nazvatí to odpočinkem, když ani měkkého lůžka, ba ani okráni potřebným teplem jim nedopřál. Okolo svátku sv. Antonína, když jsem byl u něho za jistou věcí, kterou si byl dal napsati jakoby pro cvičení začátečníka, kdežto ve cvičení tom byl již dokonalým mistrem, ve světnici, již oblibil si nazývatí kartuzí, kterou ve věži své v Praze si byl zařídil, ukázal mi tajné cvičiště neslýchaného způsobu i odhalil, odkud pochází jeho pakostnice. Neboť zde ob čas trávil v takové zimě, že položiv se celým tělem na podlahu za času zimního a skrčiv hlavu k nohám v kotouč jedva vlastním dechem prsa svá poněkud zahřival, všecky ostatní údy pak zanechával zimě, oddávaje se v předlouhých nocích sotva tři hodiny odpočinutí. Chtěje oslaviti vigilie psával, skládal písně a prosu nalezaje v tom zdroje nábožnosti své. Kárali-li jej pro psaní jeho, jakoby takto zanedbával mnoho úřad svůj, říkával, že nemůže býti nábožný, než napiše-li myšlenky své. Chodíval prý také v noci z hradu Roudnického na horu Říp, kde prý byl od jednoho duchovního dopaden, i vybilal samotou do polí, aby přemohl spánek. Spánek jeho byl krátký a tvrdý, přec však také plíživý a roztržitý. Neboť za jednu noc vstával třikrát a čtyřikrát k modlitbě a k vykonávání jiných skutků duchovních. Někdy bývala k tomu také i noc krátká, ano rozmlouvání duchovní padlo uprostřed.

**O almužnách a milosrdenství jeho. Kapitola VII.**

Vizmež nyní, jaké almužny udílel chudým. Věděl ctihodný otec, že kdo skrovně seje, skrovně sklízí; věděl, kterak úrodné jest pole chudých přinášející brzy ovoce dárčům. Jestli chudý cesta vedoucí do nebe. Protož jako k sobě samu byl tvrdým a přísným, v tomto případě nad obyčej stal se štědrým. Ještě před obrácením svým býval štědrý k chudým více, než síly jeho stačily. Nebo ač skoro pořád oblehán byl věřiteli, přec dlužník tento nikdy nezanechával chu-

inuolutione fere semper teneretur obnoxius, tamen nunquam occurrentem in via pauperem inconsolatum relinquebat, abundanter tribuens, cum tamen ipse non nimis abundaret. Unde sibi pergenti in via ultro pauperes et ex industria occurrebant. Pastores et miserabiles personas si aspexisset, etiam de longe misso nuntio eleemosynis solabatur. Unde ob hoc eleemosynae eius a plerisque culpabantur, ipse tamen ex hoc non minus alacer in eleemosynarum semine existebat, secretarium, camerarium ad considerandum pauperum statum et penurias trans mittebat, pluresque huius facti exploratores habuit, ut intelligens super egenum et pauperem sciret, cui de patrimonio crucifixi per eleemosynam subueniret. Nouerat enim non dominii potestatem, sed dispensationis officium exercere, non curiensium multiplicare incurias nec fouere. Intendens etiam, quomodo sacro apostolorum duodenario numero Christus, tanta celsitudo, se ad pedum abluendorum officium inclinauit; unde et ipse quoque in omnibus solemnitatum vigiliis XII pauperibus clanculo procuratis pedes abluebat. Et sicut Christus largus in munere se tradidit in cibum, ipsius etiam sceleratissimi inde non abhorrens consortium; sic et hic quorum pedes abluebat, eos largius procurabat unicuique per XII grossos largiendo. Duos tamen incultiores et habitu et in vulneribus scabieque viliores pro mensa sua secum comesturos reseruabat, eorumque lotis vulneribus et osculatis abundantius reficiebat solus solius panis edulio sustentatus. Unde undique eum turba inopum quasi patronum pauperum sequebatur. Nam in anno domini MCCCXC dum propter indulgentias anni iubilai sanctorum apostolorum limina visitasset, et ibi aliquantam moram exegisset, multitudo pauperum, terens hospitium suum prae caeteris praelatis, sui hospitii index fuit; dumque sibi eleemosyna danda non occurreret, mendicabat, et ne pauper inconsolatus remaneret, ipse non erubuit mendicare. Duodecim quoque pauperes, clericos sex et sex laicos, ordinauit in Rudnicz nutriri praeter alios, quos in suis expensis per diuersa loca ex misericordia refouebat. Etiam certos studentes in suis sumptibus sustentabat, dicebatque metrum illud frequenter: non elois bursam minuit, nec missa diaetam.

dého, kterého potkal, bez potěchy uděluje každému hojně, ačkoli sám příliš neoplýval. Proto kudykoli šel, nadbíhali mu chudí mimoděk a naschval. Spatřil-li pastuchy a bídáky, třeba z daleka vysílal k nim posly s almužnou. Ačkoli pro toto udílení almužen od přemnohých kárán býval, přec proto neochaboval v horlivosti rozsévání almužen; i vysílal tajemníka a komorníka zpytovat stav a potřeby chudých. Za tímže účelem vydržoval ještě více lidí, aby vypátral, komu z nuzných a chudých z dědictví ukřižovaného měl by uděliti podpory almužnou. Neuměl ukázovati moc svého panství, ale uměl vykonávati povinnost shovívání; pohodlí dvořanů nezvětšoval ani jim nepřál. Pamětliv, kterak Kristus, taková velebnost, dvanácti apoštolům nohy myl, o všech vigiliích svátků dvanácti chudým tajně zvaným sám nohy mýval. A jako Kristus štědrým se prokázal v udílení jídla, nehroziv se večeřeti ani s nejnešlechetnějším, tak i on ty, kterým byl nohy umyl, štědřeji obdaroval dáda jim po 12 groších. Dva pak, kteří byli sprostější a oděv měli špatnější a tělo plno ran a strupů, ponechával, aby s nim jedli při stole, a vymyv jim rány a dav políbení hojněji je nasýtil, sám pak nejedl než chleba. Proto chodil všady za ním zástup chudých jako za svým ochrancem. Leta páně 1390 když pro odpustky jubilejního roku navštívil prah apoštolů a v Římě po nějaký čas přebýval, množství chudých navštěvujíc obydlí jeho častěji než ostatních prelátů dobrým bylo ukazatelem jeho obydlí; neměl-li právě, co by dal almužnou, žebřal sám, i nestyděl se za to, jen aby chudý nezůstal bez útěchy. Také na Roudnici dával živiti dvanáct chudých, šest duchovních a šest lidí světských, mimo jiné, jimž na různých místech na útraty své milosrdenství prokazoval. Také jistě studenty na své útraty vydržoval, i říkával často známý verš: „Non elois bursam minuit, nec missa diaetam.“ Přemnoho nádob stříbrných,

Vasa quoque plurima argentea, quibus ad ministerium mensae utebatur, vendidit, et in usus pauperum erogavit. Et dum sibi solum cochlear superesset argenteum, in vas proiecit, quo prae-benda colligitur, mandans, ne quis praesumat excipere, sed illius esset pauperis, cui fortuito obuenisset. Pecunias quoque, quas in vestium cultum prius expendere consueverat, grosso pro se et vili assumpto habitu, in pauperum vestienda corpora impendebat. Stamina enim panni pro pauperibus ad praecipuas festiuitates, praecipue dominicae resurrectionis, interdum viginti distribuere procurabat. Eodem quoque tempore paschali interdum ad sexaginta sexagenas expendi iubebat; cupiens, ut nullus pauperum in tanta multitudine Pragensis ciuitatis inconsolatus linqueretur; sed cuilibet occurrenti per grossum tribui ordinabat. Hospitale <sup>1)</sup> quoque circa pontem Pragensem visitabat, singulis infirmis lustratis et consolatis pro unoquoque grossum tribuere thesaurario iniungebat. Omnium quoque deuotorum fuit refugium singulare, non aspernatus habitus squalorem, nec crinium incultam caesariem, nec rusticam moris grossitiem; quos spirituales et deuotos prospiciebat, assidui colloqui, et mensae socios faciebat, multoque gratiosorem se talibus exhibebat, quam his, quos exterior cultus venustabat. Imo ab illis se, ubi poterat, libentissime abstrahabat, istis inhaesurus. Grauis ei erat clientelae tumultuosa pluralitas, quam si declinare non poterat, saecularibus proposito aliquo solatio exteriori ipse ad interiora se colligens nitebatur in turba dei memoriam retinere. Tempore quoque ieiunii hospitalium et religionis mendicantium et aliorum pauperum solabatur inopiam multitudine halecum distributa, et ut ad ieiunandum alacriores redderet, et sumptu dato quasi in omnibus ieiunaret. Erga animalia etiam muta visceribus misericordiae affluebat. Nam dum caperentur lepusculi et auiculae, eos sibi praesentari iubens, abire liberos permittebat. Ad eum enim pergentem in curru auicula quaedam nisum fugiens, quasi ad tutorem suae vitae conuolauit. Etiam dum in Helfenburg moram ageret, quaedam auicula eo prandente de nemore aduolans, per prandium sibi assistebat,

jejichž užíváno při stole, prodal na potřeby chudých; a jedinou lžici stříbrnou, která mu zbyla, hodil do nádoby, v níž se shromažďovalo, co mělo býti uděleno chudým, i poručil, aby se nikdo neopovážil ji vzíti, nýbrž aby připadla tomu chudému, který by náhodou přišel. Peníze, jež byl zvykl vydávati prvé na svůj oděv, vydával na ošacení chudých nose sám šat hrubý a laciný. Stavů sukna na znamenitější svátky, zvláště na vzkříšení páně, rozdělití dal chudým někdy dvacet. V týž čas velkonoční rozdál někdy až 60 kop (grošů) chtěje, aby žádný chudý v tak velkém množství obyvatelů Pražských nezůstal bez útěchy; každému, koho potkal, udělití dal groš. Navštěvoval špitál u Pražského mostu, každého nemocného prohledl a potěšil, a všem skrze pokladníka dáti kázal po groši. Všechnábožných byl obzvláštním útočištěm nepohrdaje špinavým šatem jejich ani neučesanými vlasy ani sprostými mravy; s osobami duchovními a nábožnými stále rozmlouval a k stolu svému je brával, i měl se k nim mnohem přívětivěji než k těm, které zdobila zevnější úprava; ba těchto stranil se, jak mohl, a s oněmi se zabýval. Obtížno mu bylo hlučné množství družiny, i nemohl-li se jí zbaviti, udělav lidem světským nějakou radost vnější sám vnitřnímu se oddával rozjímání a ve víru světa snažil se pamatovati na boha. Času postního uděloval žebravým špitálníkům a řeholníkům a jiným chudým množství ryb, aby bedlivost jejich v postu zvětšil a dav jim jisti takřka se všemi se postil sám. Také k němě tváři byl milosrdným. Nebo byli-li chyceni mladí zajíci a ptáci, dal si je přinesti a propustil je na svobodu. Když jednou jel na voze, přiletěl k němu ptáček uletší z hnízda jakoby k ochranci svého života. Také když býval na Helfenburku, přilétal k němu snídajícímu ptáček z háje, zůstával u něho po celé snídání poska-

<sup>1)</sup> Klášter Křižovníkův s červenou hvězdou.

nunc per mensam saliens, et nunc insidens coronae capitis, nunc manibus, gratum spectaculum exhibebat. Et post prandium accepta benedictione ad nemora reuolabat.

#### De indulgentiis per eum datis. Cap. VIII.

In his quoque, quae de laboribus Christi Iesu et sanctorum meritis sunt acquisita, per indulgentias secundum facultatem suae auctoritatis largissimus existebat. Dicebatque frequentius: non debet esse parvus dispensator, ubi largus est dominus. Sicque velut vidua mutuatis vasis a vicinis ex superabundanti merito sanctorum oleum misericordiae non desitum liberaliter transfundebat. Praeter enim partiales largitiones locorum seu personarum dedit omnibus flectentibus ad auditionem mellifluorum nominum Iesu et Mariae in diuinis officiis omnibus omnium horarum XL dierum indulgentiam perpetuo duraturam. Item de qualibet horarum per octavam in die visitationis XL dies. Item de Magnificat cantico ipsius virginis XL dies. Item apponentibus vel appONENTI collectam in missa de beata virgine Maria totidem. Item flectentibus et orantibus ante reseruatorium dominici corporis, seu ad sonum campanellae, dum in missa eleuatur, vel ad infirmum deportatur, et dicentibus dominicam orationem XL dies. Item instituit in die XI millium virginum<sup>1)</sup> in sua dioecesi pulsari mane ad Ave Maria anno domini MCCCLXXX, XL dierum indulgentiam largiendo.

#### De orationis studio secundum triplicem eius statum. Cap. IX.

Quia vero oratio animae sanctae est praesidium, angelorum solatium, daemonum supplicium, deo gratum obsequium; secundum eius gradum triplicem se circa eam studuit exercere. Nam primo se sibi reddere, et se in se colligere satagens vocali inhaesit orationis studio, et devotos libellos sanctorum patrum legebat; et praecipue beatissimi Augustini poenitentiales septem psalmos libentissime ruminabat. Psalteria quoque quam plurima quam saepius repetebat. Huiusmodi vero psalmodia cum assiduitate minus sapuisset, falsa tribulationis condiri saepius

kuje brzy po stole, brzy na hlavu, brzy na ruce mu sedaje a příjemnou zábavu mu poskytuje; po snídání přijav požehnání odletával do lesa.

#### O odpustcích od něho udělených. Kapitola VIII.

Také v udílení toho, co smrti Krista Ježíše a zásluhami svatých získáno jest, skrze odpustky vedle moci důstojenství svého byl velmi štědrý. I říkával často: když pán jest štědrý, nesmi býti skoupý správce. Jako vdova ona dlužie se nádoby od sousedů, tak hojně přelával on z přetékající nádoby zásluh svatých nehynoucí olej milosrdenství. Kromě štědrého podělení jednotlivých míst neb osob udělil všem, kteří zaslechnuvše při všech jakýchkoli službách božích sladká jména Ježíš a Maria pokleknou, čtyřicetidenní odpustky na věky. Dále na každou hodinku v oktávě navštívení panny Marie 40 dní. Dále na píseň panny Marie „Magnificat“ 40 dní. Dále tolik-též všem, kteří přispějí na sbírku při mši k blahoslavené panně Marii. Dále 40 dní všem, kteří pokleknou a se pomodlí před schránkou těla páně, neb uslyševše zvonek buď na mši při pozdvihování, neb kdy nešeno bývá k nemocnému, pomodlí se modlitbu páně. Dále ustanovil, aby na den 10 tisíc panen v diecési jeho zvoněno bylo ráno k Zdravas Maria leta páně 1380, i udělil na to odpustky čtyřicetidenní.

#### O horlivých modlitbách jeho vedle trojího způsobu. Kapitola IX.

Poněvadž modlitba jest svaté duše ochrana, anjelů útěcha, ďáblů potrestání, bohu libé poslušenství, vedle trojího způsobu jejího se ji oddával. Napřed hledě sobě samu se navrátiti a v sobě samu se sbíratí horlivě trval při modlitbě hlasitě a čítal nábožné spisy otců svatých; nejraději odříkával sedm kajících žalmů blahoslaveného Augustina. Žaltářů přemnoho přecho často opakovával. Když neustálým opakováním takovéto odzpěvování žalmů se mu znechutilo, často si přál, aby hořkostí zármutku učiněny mu byly chutnější. Říkal: „již mi nechutnají

<sup>1)</sup> 21. října.



exoptabat. Solebat enim dicere: iam mihi psalmi minus sapiunt, confido, quod eos mihi tribulatione dominus dulcorabit, addebatque: o! quam suaue sapit tribulatis dicere: saluum me fac deus etc., exaudi, quoniam benigna est misericordia tua etc. In tantum enim assiduus erat ad orandum, ut nullus secularis capellanus ad secum orandum sufficeret. Unde suffragia monachorum et religiosorum mendicabat, quaerens semper aliquem religiosum habere capellanium, cum quo in itinere et in curru, quocunque pergeret frequentius psalteria ruminaret. Unde saepius in itinere a Rudnicz usque Pragam supra omnes horas canonicas et cursum de dominica et de passione, quem venerabilis Bonaventura fertur edidisse, integrum psalterium perorabat. Confessione sacrabili etiam omni vespere peracta, cum tumultenta insania multorum se incauta resoluit laetitia, septem poenitentialium psalmorum decursu, relicto capellano, exemplo Iesu Christi in agonia sanguinem sudantis in orationibus pernoctabat.

#### De secundo modo orationis. Cap. X.

Verum per successum temporis orationis secundum modum attingebat, quasi ab exteriori atrio et a pecorinis pellibus atrium interius ingrediens, ut pro formatis orationibus solus sciret formare orationes, rationes rerum, colloquia deuotorum, eloquia doctorum perquirens, sicut apis in alvearium cordis rationum irrefragabilium veritates congerebat. Unde pro psalteriis, quae olim ruminabat, aliquo psalmigraphi versu iniecto cuiuslibet litterati in sua praesentia existentis sententiam exquirebat. Unde factum est, ut apparet ex suis scriptis, bibliae non parvam notitiam sine multorum lectione librorum acquisiuit, ut sciret de thesauro cordis noua et vetera allegare. In letaniis et processionibus deuotus aderat. In stationibus ad terram genuculabat, interdum et in luto. Pro deuotionis suae exercitio capellanos procurauit, qui certas horas et missam certam quotidie decantarent. Non obstante hoc in praecipuis festiuitatibus, cum ob emergentes causas in sede sua Pragensi interesse non valebat; tamen alibi circa collegiatis ecclesias diuina peragebat, praecipue tamen in monasterio Rudnicensi. Saepe decurrens

žalmy, důvěru mám v pána, že mi je zármutkem osladí;“ a přidával: „o jak příjemně chutná zarmouceným zvolati: spasiž mne, bože a t. d., vyslyš mne, poněvadž dobrotivo jest milosrdenství tvé a t. d.“ V modlení byl tak bedliv, že žádný světský kaplan nepostačil se s ním modlití. Proto hledal pomoc u mnichů a řeholníků žádaje vždy nějakého řeholníka míti za kaplana, s nímž by mohl, kamkoli by šel neb se vezl, častěji odříkávati žalmy. Tak pomodlil se často na cestě z Roudnice do Prahy všechny hodinky a tak zvaný Cursus de dominica et de passione, od ctihodného Bonaventury prý vydaný, tudíž celý žaltář. Vykonav také zpověď každého večera, když nerozumné množství hluchie nerozvážnou radostí rozplývalo, a propustiv po skončení sedmi žalmů kajících svého kaplana za příkladem Ježíše Krista, jenž v úzkosti krvi se potil, na modlitbách setrval po celou noc.

#### O druhém způsobu modlitby. Kapitola X.

Postupem času dospěl k druhému způsobu modlitby, a vkročil jakoby ze síně vnější do síně vnitřní, a aby na místě hotových modliteb sám se naučil modlitby skládati, pátraje po příčinách věcí, hledaje rozmluvy nábožných a výroky učených jako včela do oulu srdce svého pravdy nezvratné snášel. Proto na místě žaltáře, který druhdy odříkával, prohodiv nějaký verš žalmisty tážával se kteréhokoli muže učeného, jenž právě u něho byl, co o něm smýšlí. Tak stalo se, jak ze spisů jeho se jeví, že nemalou znalost bible si osvojil, aniž by byl mnoho knih přečetl, a že uměl z pokladu srdce svého staré a nové uváděti. Litanií a průvodů nábožně se účastnil; při zastaveních na zemi poklekl, někdy i do bláta. Pro zvýšení nábožnosti své ustanovil kaplany, kteří měli jisté hodinky a jistou mši každého dne zpívati. Nevadilo mu o větších svátcích, nemohl-li za nastalými příčinami býti v Praze, sídle svém; přec vykonával služby boží v kollegiatních chrámech jinde, zvláště v klášteře Roudnickém. Často sběhl sám s hradu na mši blahoslavené panny a k ranním hodinkám dotčeného kláštera, někdy zpíval s bratřími a účastnil



solus de castro ad missam b. virginis et matutinas monasterii memorati, interdum cum fratribus concinebat et lectiones legebat, sanctae meditationis et contemplationis ex concentu psalmorum et hymnorum incitamenta hauriebat. Post matutinas modicum somni capiens in strato suo nobili, assere tantummodo reclinatus. Contigit quoque quadam vice, ut per incuriam ministri asser, qui sibi pro quiete positus fuerat, haberet incussum clauum ferreum acutum: accepit pro grato, nec quaerimoniam mens boni conscia proponens, quousque visum fuit per alios et notatum.

**De tertio modo orandi et contemplatione eius, et raptu deuotionis eius. Cap. XI.**

Sed quia omnis homo mendax, relictis hic pontifex turba hominum, sicut asino et pueris derelictis Abraham Isaac suum immolaturus, et quasi Moyses in interiora deserti inuitans gregem, immo pontifex more pontificis legalis, solus ingreditur in sancta non sine sanguine proprio in priori tabernaculo effuso, ut praemisum est. Porro quid egerit interiora velaminis ingressus, immo quomodo sursum actus sit, iam totum diuinum est, soli deo peruium est, scrutari est impossibile nec effari. Tamen utcunque internae dulcedinis affectus sequentia signa, suspiria, crebrique gemitus, sed et raptus in dominum, etiamsi tacere libuisset, suae deuotionis arcana minime reticebant. In castro Rudnicz in stubella, quam sibi pro solitaria vita aspernatus tumultum praeparauerat, post prandium inter colloquia diuina in die Conceptionis sanctae Mariae, magistro Matthaeo de Cracouia<sup>1)</sup> et me praesentibus, subito rapi incipiens, licentiam praebens vale dixit dicens: ite ad deum. Magistro Matthaeo abscedente remansi cum eo solus, et vidi eum mirabiliter rapi in spiritu. Qui ad se rediens meque conspiciens rubore perfusus mox quasi de scandalo veniam petens iussit, ne cui eo viuente reuelarem. Pluries quoque quam maxime infra diuina officia in excessum spiritus agebatur.

se čítání a z prozpěvování žalmů a hymnů pobídky k přemýšlení a rozjímání čerpal. Po ranních hodinkách maličko pospal na vzácném loži svém, na pouhém trámu. I stalo se jednou, že nepozorností sluhy v trámě za lůžko mu určeném nalezal se zaražen ostrý železný hřeb: biskup byl spokojen, ani si nepostěžoval, až jiní to uzřeli a pokárali.

**O třetím způsobu modlitby, o rozjímání jeho, o vytržení jeho skrze nábožnost. Kapitola XI.**

Než poněvadž všechno lidské jest pouhý klam, arcibiskup zanechav hluk světa, tak jako Abraham osla a sluhy své zanechal chtěje obětovati syna svého Isáka, a jako Mojžíš na odlehlejší místo poušti od stáda svého se odebral, tak arcibiskup po zvyku nejvyššího kněze starého zákona sám vkročil do svatyně proliv v předsíni vlastní krev, jak svrchu pověděno. Co činil vešed za oponu uvnitř, kterak povznesen byl, vesměs jest dílo boží, samu bohu známo, i není možná toho vypátrati ani vypověděti. Než přec o vnitřní blaženosti jeho následující známky, vzdychání, časté sténání svědčily; vytržení jeho k pánu, bylo-li by se jemu zalíbilo mlčeti, tajemné stránky nábožnosti jeho neutažily. Na hradě Roudnici ve světničce, kterou si byl pro samotářský život pohrdaje hlukem zařídil, po obědě mezi nábožnou rozmluvou v den početi sv. Marie, u mé a mistra Matouše z Krakova přítomnosti, náhle přišel u vytržení, i propustiv nás rozloučil se s námi řka: „Jděte s bohem.“ Mistr Matouš odešel, já pak zůstal s ním sám i viděl jsem, kterak podivně duch jeho přišel u vytržení. Přišed k sobě a uzřev mne začervenal se, ihned, jakoby mně byl pohoršení dal, za odpuštění mne prosil i rozkazoval, abych nikomu toho nezjevil, pokud bude živ. Ostatně přišel vícekrát u vytržení, nejčastěji mezi službami božími.

<sup>1)</sup> Mistr Matěj z Krakova byl z přednějších bohoslovců XIV věku, který i více spisů obsahu náboženského složil. Srovnej o tom Balbínův spis: *Bohemia docta* II, 284 a III, 106. Jmenovitě buďtež podotknuty: *Dialogus de sumptione corporis Christi*; *Dialogus de crebra celebratione. Rationale divinorum operum*; *Dialogus patris et filii*; *Dialogus de corpore Christi*; *De confessione et choreis*; *Dialogus de communione*. V seznamu děkanů universitních děje se o něm zmínka r. 1367, 1377, 1380.

**De frequentatione sacramenti eucharistiae, eius efficacia salutari. Cap. XII.**

Nec immerito in diuinis officiis et in diuina transformabatur, quia eucharistiae inaestimabile sacramentum est omnis gratiae contentum, gratis datum a patre gratiarum gratissimo gratificandis filiis adoptionis, gratiam cumulans supra gratiam ipsum fontem et auctorem continens gratiarum. Ad hoc igitur venerabile sacramentum cito post conuersionis initia, tanto deuotionis ferebatur affectu, ut nullo modo praetermitteret, quin aut solus diuina perageret, aut communicaret, percipiens eucharistiae sacramentum de manu coram se presbyteri celebrantis. In ipsa quoque sacrae communionis hora saepe per excessum rapiebatur, et prae stupore mentis circa altare diutius persistebat. Saepe post alta suspiria in clamorem erumpebat, et interdum ab altari recedere non poterat ad sacrificium sacras vestes depositurus; sed in Rudnicz monasterio retro altare vix deduci poterat, coelesti sagina delibutus, memoriam dulcedinis Christi corporis ructuando. In festo etiam ipsius eucharistiae diuinae in memorato monasterio Rudnicz in vesperis, in quo ipsum sacrosanctum sacramentum dominici corporis expositum stabat, thurificaturus in pontificalibus accessit, et magno ardore accensus thurificationem non potuit nec vesperras perficere, sed praepositum monasterii oportuit terminare. Unde ob hoc iam publice diuina peragere formidabat; sed dum eum celebrare oportebat, capellano suo iniunxit, ut si eum in excessu suo moram trahere contingeret, quasi a somno dulcissimae quietis eum per tractum libere excitaret. Et quamuis huius sacramenti dulcedinem nemo nouit, nisi qui hanc accipit; quantum praesentia affecerit huius sacramenti, absentia et carentia declarabat. Nam cum confessoris seueritas ob euentum nocturnalem sibi abstinentiam a sacramento iniungeret; obtemperabat quidem, sed totus deiectus vix illius diei terminum poterat praestolari, et se quasi poenis purgatorii affici asserebat. Nec mirum, si huius sacratissimae communionis eminentia diligentius perpendatur. In eo enim fonti omnium gratiarum Iesu Christo, angelorum gloriae, sanctorum copiae, passionibus et meritis

**O častém přijímání svátosti oltářní a toho spásitelných účincích. Kapitola XII.**

Nikoli bez prospěchu býval při službách božích v božství pohroužen, jelikož neocenitelná svátost oltářní jest obsahem vši milosti, darmo dána od nejmilostivějšího otce milosti za útěchu synům za vlastní přijatým, hromadíc milost na milost a obsahující zdroj a původce všech milostí. K této tedy velebné svátosti hned po svém obrácení s takovou nábožností se měl, že nikterak neopomíjel buď sám služby boží vykonávati neb přijímati svátost oltářní z ruky kněze služby boží vykonávajícího. Při tomto svatém přijímání často býval u vytržení a déle dlíval zaražen před oltářem. Často hluboko vzdychnuv do křiku se dal, a někdy nemohl ani od oltáře odejiti do sakristie, aby svlekl posvátný oděv; v Roudnickém klášteře stěží odveden byl za oltář, maje nasycen chlebem nebeským na paměti sladkost těla Kristova. V den těla božího ve zmíněném klášteře Roudnickém při nešporách, ana tato nejsvětější svátost těla páně vystavena byla, předstoupil v rouše biskupském, aby kadidlo zapálil, ale velkou vroucností rozžat nemohl obřad vykonati ani nešpory ukončiti, nýbrž musil to učiniti probošt kláštera. Proto již bál se konati veřejně služby boží; i musil-li tak, poroučel kaplanu svému, prodlíval-li by kdy jsa u vytržení, aby jej jakoby z nejpříjemnějšího spánku škubnutím vzbudil. Ačkoli sladkost svátosti této každý dobře zná, kdo ji přijímá, kterak potěšen byl jí, nejlépe dokazoval, kdy bylo mu jí postrádati. Neboť když přísný zpovědník pro poklesk noční mu poručil, aby se svátosti této zdržel, poslechl sice, ale celý skormoucen sotva mohl dočkati konce toho dne, i říkával, že mu jest, jakoby byl v mukách očistcových. To nebudiž nám divno, uvažíme-li pilněji výbornost tohoto nejsvětějšího přijímání. Neboť přijímající stává se účastným zdroje všech milostí, Ježíše Krista, slávy anjelů, zástupu svatých, utrpení a zásluh církve a splývá s ní v jedno. Protož vzdychaje toužebnou dychtivostí rychle na cestě zpovědi a jiných přípravných obřadů pokračoval, aby došel sladkého spojení se svým miláčkem ve svátosti; i trávil s ním sladké chvíle žádným

ecclesiae participat communicans et unitur. Unde anhelis suspiriis famescens, festinus in processu confessionis et aliarum ceremonialium praeparationum procedebat, ut sui dilecti suauissima praesentia in sacramento potiretur; dulcesque moras nectens cum eodem, nullis negotiis ante officium patiebatur se implicari, sed continuans sua vota usque horam prandii, quam frequenter etiam non ieiunaturus usque meridiem protrahabat. Saepe familiam suam, praecipue dum solitariam ageret vitam in castro Helfenburg, iubebat prandere, ut ipse ieiunus a cibo corporali, angelorum et suum spiritualem cibum liberius ruminaret. Quid ad hoc carnis voluptatibus dediti, et quasi luto pharaonis occupati, ructantes cepas Aegypticae seruitutis dicturi sunt? qui tanti beneficii immemores, et huius communionis expertes, quibuscunque negotiis, immo trusis et iocis dediti, aut frequentare negligunt, aut alios irrident, vel percipientes hoc praecipuum et singulare donum ab eius memoria resiliunt salutari; qui nec deo deferunt honorem, qui in hoc sacramento singulariter honoratur et placatur, nec ecclesiae sanctae necessitates perpendunt, quae in senectam et senium iam vergens hoc sacramento quasi baculo et pabulo sustentatur; nec officii sui et ordinis recolunt insignia, dum in perceptis officiis minime se exercent. Addo et hoc, quod cum peccata populi commendant, et multiplicium consumant praebendarum oblagia ex sudoribus et laboribus Iesu Christi, quibus plurimorum deo seruiantium sustentaretur copia, animarumque curam habentes minimam sollicitudinem de his gerentes, nec saltem huius oblatione hostiae iis satagunt subuenire. Etiam reuerendus pater sanitatem corporis ex vi sacramenti saepius experimentaliter percipiebat. Nam anno domini 1390 post gratiam iubilaei a Romana rediens curia grauiter infirmatus, ut ipse mihi retulit, dolorem dissolutionis corporis et animae persensit, et nullum dolorem huic dolori comparari professus est, nec aliquo signo exteriori posse aliquatenus declarari. Nam quamuis mori haberet in desiderio, postquam mortis persensit cruciatum, mori timuit, et horripilare se ex sola huius memoria asserebat. Dum ergo in manibus fratris sui domini Pauli Pragae decumbens circa s. Apollinarem quasi moreretur,

zaměstnáním nedával se před službou boží vytrhovati, nýbrž trvaje na modlitbách až do snídání velmi často bez jídla prodlel až do polodne. Často družinu svou, zvláště zůstáváje o samotě na hradě Helfenburku, nechával snídat, aby sám zdržuje se potrawy tělesné andělů a svou potravu duchovní volněji požil. Co tomu řeknou oddani rozkošem tělesným a vězíci takřka v bahně faraonově, kteří jedí bídnou potravu otroctví Egyptského? kteří nepamětlivi tak velkého dobrodini a neznajíce důležitosti přijímání tohoto jakémukoli zaměstnání, ba dokonce darebnostem a žertům se oddávají, buď ani k němu nechodí, neb jiným proto se posmívají, neb přijímajíce tento obzvláštní a znamenitý dar spasitelné zpomínky naň se vzdávají; kteří ani nedávají čest bohu, jenž ve svátosti této obzvláště ctěn a usmířen bývá, ani, čeho potřeba, církvi svaté, jež stárnouc již svátosti této užívá za podporu a potravu svou; ani oznaků povolání a řádu svého necti nečiníce zadost přijaté povinnosti. K tomu ještě hříchy lidu odporučíje, dávky pohřební mnohonásobných prebend z potu a namáhání Ježíše Krista pojídajíce, jimiž přemnoho služebníků božích mohlo by vydržováno býti, ale o svěřené duše se nestarajíce ani podáváním hostie jim nehledí pomáhati. Také uzdravení tělesného ctihodný otec působením této svátosti častěji skutečně došel. Navráťiv se roku 1390 po milostivém letě z Říma těžce nemocen, jak sám mi pověděl, bolestnou ochablost těla i duše pocítil, i přiznal se, že žádnou bolest nelze přirovnati bolesti této ani nikterak ji vypověděti. Neboť ač si přál umříti, přec pocítiv muka smrti umříti se bál, i pravil, že pomyslí-li jen na to, hrůzou vlasy mu vstávaly. Když tedy ležel v náručí bratra svého pana Pavla v Praze v okolí sv. Apolináře, jakoby již měl umříti, a nábožně svaté přijímání očekával, kněz pak jmenem Petr příjmením Prus pro pláč obřad pomalu vykonával, sotva dočkati se mohl; ale jakmile přijal spasitelný chleb těla páně, ihned požil náležitého léku uzdravení tělesného; čehož ostatně zkusil vícekrát. Také při rozličných záležitostech zkusil síly velebné svátosti. Nebo když mu hrozila smrt a ohlášeno nepřátelství, vždy děkuje bohu za přísluhy kaplana svého sloužíval mši k blaho-

et communionem sacram deuotissime praestolaretur, et presbyter nomine Petrus dictus Pruss lachrymis insisteret moram in officio faciens, vix expectare valuit, moxque, ut salutarem hostiam dominici corporis percepit, etiam simul sanitatis corporeae antidotum reportauit, quod etiam pluries est expertus. Etiam in diuersis negotiis venerabilis sacramenti virtutem experiebatur. Nam cum sibi minae mortis intentabantur, et diffidebatur, gratias semper agens deo adorante cappellano missam legit de beata virgine Maria, et eo officiante negotia sua finem pacificum sunt sortita. Certo etiam numero, spatio temporis orationibus sanctis insistens, quasi pretioso aromate et quasi florum amoenitate mentis suae habitaculum respergebat, ut ingressus dilectus iocundius repausaret. Nec leuiter auertebatur a redolentia charitatis et memoria tanti doni. Quod si aliquo casu orationibus non completis minus studiose dilecto Iesu Christo inhaesisset, quasi tergum ei praebens, ultionem sibi non defuisse protinus fatebatur. Nam dum non completo sibi consueto orationum sacrificio post communionem venerabilis sacramenti semel Perusii quemdam venientem tyrannum curiosius prospectaret; post modicum eundem suarum rerum inuasorem habuit, cuius aduentu vel modice per aspectum voluit oblectari. Nam cum de illa ciuitate recederet, per eundem fuit cum suis comitibus spoliatus. Item in castro Helfenburg post resignationem sui officii, dum ob aduentum magistri Henrici <sup>1)</sup> s. theologiae professoris, de ordine Praedicatorum viri bene religiosi, incompleto orationum numero foras exire gestiret, casum grandem fecit de ponte a turri noua, quam extruxerat; mediusque pendens deo opitulante resiliit, lignis per cubitosque se retinens a casu praefato est praeseruatus, ne praeceps ruens fractis ceruicibus crepuisset.

#### De humilitate sua. Cap. XIII.

Restat de habitibus aliquarum virtutum dicere, prout in eo extrinsece elucebant. Et primo de fundamento aliarum, videlicet de humilitate, quam magister virtutum Christus dominus verbo

slavené panně Marii; i končivaly se takto záležitosti jeho mírně. V jistý čas prodlívaje v nábožných modlitbách takřka vzácnou libovůní a libezným kvítím příbytek duše své naplňoval, aby milý přichozí příjemněji byl překvapen. I neodvracel se lehko od vůně lásky a upomínky tak velkého daru. Lnul-li kdy náhodou nevykonav modliteb méně bedlivě k milovanému Ježíši Kristu, odvracuje se takřka od něho, říkával, že ihned přicházel na něho trest. Nebo když jednou nevykonav po přijímání obvyklé modlitby v Perusiu jistého přicházejícího pána bedlivě pozoroval, po krátkém čase majetek mu odňal týž pán, na něhož jen krátkým podíváním chtěl se pobaviti. Jda totiž z onoho města oloupen jest od něho s průvodčími svými. Dále na hradě Helfenburku po odevzdání úřadu, když za příčinou přichodu mistra Jindřicha, professora sv. bohosloví, člena řádu kazatelského, muže velmi nábožného, nedokončiv modlitby ven vyjítí chtěl, upadl těžce s mostu od nové věže, kterou byl dal vystavěti; a vise již s polovice dolů s pomocí boží skočil nazpět zachytiv se dřev u zábradlí; takto zachráněn jest, že po hlavě nespádl dolů a nezlámal vazů.

#### O jeho pokoře. Kapitola XIII.

Zbývá promluvití o některých cnostech, pokud zevně na něm se stkvěly; a prvé o základu všech jiných, totiž o pokoře, již mistr cností Kristus pán slovem i příkladem svým

<sup>1)</sup> Dobrovský má za to, že mistr Jindřich, o němž se tu zmínka děje, jest táž osoba, o které jedná Balbin ve spise svém: *Bohemia docta* II, 173.

suo docere dignatus est et exemplo. Hic enim erga deum nitebat humilitate singulari; nec enim tantarum gratiarum abundantia repletur, nisi apud deum solida humilitatis fundamenta habuisset. Se enim nihili et homellum nominabat, sibi in se vilescens, quantumcunque proficeret et aliis mirabilis appareret, se semper in seruitio dei deficere causabatur; quae est sanctorum virtus singularis se in profectu deficere et circa perfectionem agnoscere imperfectos. Et quia humiliatio ad humilitatem ordinatur, sicut lectio ad scientiam, studebat hic etiam reuerendus pater humiliationi extrinsecae, ut quantum se humiliauerit coram hominibus, difficile sit enarrare. Inter religiosos enim veniens se frequenter in terra locauit. Interdum seruiens mensis, cum extremis familiare colloquium habuit, nullumque sibi seruitium patiebatur a presbyteris exhiberi. Unde quocunque declinabat, suae humilitatis gestu et habitu etiam religiosorum exercitata studia in admirationem concitabat. Clanculo quoque accersito fratre, cuius monitis se sperabat proficere, formam discipuli assumens, eum in excellentiori loco sedere iubebat, seque locans humiliter in subsellio rusticano intentissima aure quasi ad pedes domini Iesu aedificationis eloquia expetebat. Confessori vero in tantum se subdiderat, ut auctoritatem super se concederet, ut si eum in aliquo leui facto pontifici non congruo notaret, etiam coram cunctis per pilos trahere minime formidaret. Ab obtreptantibus quoque capellanis veniam postulabat. Dum etiam is super, cum quo familiaria colloquia habere consueuerat, ab eo recessurus flecteret se, prostravit ipse pater se coram indigno famulo; nec surrexit, nisi memoratum fratrem ante surgere oporteret. Quantum vero ad habitum exteriorem, se humiliter gerebat, ut durante feruore poenitentiae tunica grossa de rudi griseo et communi panno contentus fuerit, subducta grosso pellicio, quo et cilicium tegeret, et ad orationum prostrationes habilis redderetur. Unde ex frequentia et consuetudine orandi in cubitis tunica frequenter foraminosa exstitit et attrita. Praecisura quoque panni pro cingulo utebatur, nec expetebat tapetia tincta coloribus, ne praetiosae vestis fucata fila puluerulentia se intingerent, sed ubiuis locorum, quoniam domini

učiti ráčil. Stkvělf se obzvláštní pokorou k bohu; i nebyl by ani hojnosti tak velkých milostí oplýval, neměl-li by byl pevných základů pokory u boha. Sám sebe nazýval ničemníkem a člověkem nepatrným a neváže sebe, jakkoli prospíval a jiným se jevil obdivu hodným, vždy činil si výčitky, jakoby v službě boží ochaboval; jestli to obzvláštní cnost svatých, že, prospívají-li, říkají, že ochabují, a stávající se dokonalými uznávají svou nedokonalost. I poněvadž poníženost vede k pokoře jako čtení k vědění, oddával se horlivě tento ctihodný otec také zevnější poníženosti, tak že, kterak se ponížil před lidmi, těžko jest vypovědět. Přišel mezi řeholníky často posadil se na zemi. Někdy přísluhoval k stolu, s nejposlednějšími důvěrně rozmlouval, i nedovolil, aby mu sloužili kněží. Proto kamkoli se uchýlil, pokora jeho i cvičeným řeholníkům vzbuzovala podivení. Zavolav potají bratra, z jehož napominání se nadál prospěchu, sám pak přijav tvářnost žáka kázal mu na místo vznešenější sednouti, sám pak posadiv se níže na obyčejnou židli napnutým sluchem, jakoby u nohou pána Ježíše, výroky učitelské očekával. Zpovědníku svému tolik se podrobil, že mu podstoupil takovou vládu nad sebou, že měl-li jej pro nějaký nepatrný skutek arcibiskupu nepřislušný, kárati, že se neostýchal přede všemi za vlasy se dáti tahat. Také utrhačné kaplany prosil za odpuštění. Když ten, s kterým důvěrně rozmlouval, maje odejiti poklonil se, uvrhl se on sám před nehodným sluhou na zemi; i nepovstal dříve, až zpomenutý bratr napřed musel vstáti. Co do oděvu tak pokorně si počínal, že po čas horlivého pokání hrubým šatem spodním z obyčejného sukna se spokojil, oblekna pod ním hrubou kůži, aby ji žíněnku zakryl a snáze mohl při modlitbách klečeti. Protož následkem častého modlení býval šat jeho na kolenou dřevý a roztrhaný. Odstřížků sukna užíval za pás, i nežádal koberců barvených, aby drahý oděv se nezaprášil, nýbrž všady, poněvadž země jest majetek páně, objímal zemi a shýbal se jen k modlitbě. Jeden jediný barevný plášť na počest hostů měl v zásobě. Ani slova pochval-

est terra, terram amplectens solotenus ad orationis studia curuabatur. Unum solum sibi pallium coloratum propter honestatem hospitum reservauit. Nullum verbum laudis de se dici sinebat, vilis non humilis cupiens reputari.

**De affectu eius erga religiosos praecipue canonicos regulares. Cap. XIV.**

